



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXXIX. Der Knappe Arnold von Lüderitz gen. Jagow verkauf seinem Bruder dem Domherrn Wachsmuth Hebungen aus Schwarzlosen, den 2. Juli 1338.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**CXXIX.** Der Knappe Arnold von Luderitz gen. Jagow verkauft seinem Bruder dem Domherrn Wachsmuth Hebungen aus Schwarzlosen, den 2. Juli 1338.

Ego Arnoldus de Luderitz, dictus Jagowe, famulus, morans in Suartelose — pro pecunia numerata vendidi et dimisi irrenocabiliter dilecto meo fratri domino wasmodo de Luderiz Canonico Ecclesie Sancti Nycolai in Stendale vnum chorum frumenti reddituum annualium decem et octo videlicet modios siliginis et sex modios ordei sitos in Suartelose in Curia . . . sceynes, quos ipse uel quicumque etiam, cui ipse dominus wasmodus predictos modios frumenti commiserit, legauerit, donauerit uel assignauerit, perpetue tollet, percipiet pacifice et quiete. Ne autem eidem domino wasmodo aut cuicumque, qui predictam annonam ex parte sui tollere uel percipere debuerit hanc, siue meis heredibus et quibuscumque successoribus impedimentum contingat aliquale, presentem literam dedi meo sigillo sigillatam, presentibus honestis viris domino alberto et domino alberto de suartelose militibus, dictis de Luderiz, et Buffone de brunkowe et thiderico ejus fratre necnon Conrado de welle famulis et aliis testibus pluribus fide dignis. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>. in die processi et martiniani martyris.

**CXXX.** Markgraf Ludwig vereignet dem Heinrich Junge einen Hof in Göhren, am 8. Juli 1338.

— nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Iufatie marchio, — discretis viris henrico dicto Jungen, Menzikino eius genero eorumque veris et legitimis heredibus, ciuibus de Stendal, fidelibus nostris dilectis, curiam cum tribus mansis in villa Ghor, quam cum dictis tribus mansis ab illis de Ghor pro pecunia propria rationabiliter comparauerunt et emerunt, Damus et appropriamus cum omni Jure, proprietate, summo adque ymo, cum omni seruicio quocumque nomine ceuseatur, cum omni precaria omnique decima majori ac minuta, sine omni periculo ac impedimento perpetuis temporibus pacifice possidendam, Dummodo dictam curiam cum prenominitis tribus mansis ob animarum suarum salutem ecclesiasticis et diuinis cultibus voluerint applicare. Renunciamus etiam pro nobis ac nostris successoribus in bonis supradictis omni Juri etc. Testes vero hujus sunt strenui milites Altmannus de Deygenberge, Johannes hufener Camere nostre magister, Gerhardus wolf, dominus Johannes plebanus in kungefperg, nycolaus Oldrian ciuis de prenzla, Adam ciuis de posewalk cum ceteris pluribus fide dignis. Datum frankenfurth, anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup>. trecesimo octauo, In die beati kylliani martiris.

**CXXXI.** Bischof Albrecht von Halberstadt thut die Stadt Stendal wegen Errichtung einer Schule in den Bann, am 13. November 1338, aus einem Notariatsinstrument, vom 15. Mai 1339.

In nomine domini Amen. anno natiuitatis ejusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX. nono, Indictione Septima, XV. die mensis maii, hora prima vel quasi, Constitutus in mei notarij publici et testium Subscriptorum presentia plebanus ecclesie Sancti nicolai in Stendal literam quandam sigillatam vero sigillo maiori domini alberti, venerabilis in christo patris episcopi halberstadenfis et sigillis quorundam aliorum